Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tutus est a laqueis. qui solitarius uel
unicus dicitur. propter caritatem que
ex multis unum facit. & dicitur es-
se intecto. uel edificio. propter altitu-
dinem fidei. ut non descendat aliquid
tollere de domo .i. de carne. Tota
die exprobrabant michi inimici
mei. & qui laudabant me aduer-
sum me iurabant. Quia cinerem
tanquam panem manducabam. &
poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue.
quia eleuans allisisti me: Dies
mei sicut umbra declinauerunt.
& ego sicut fenum arui. Tota die
Loquitur hic xpc; qui d. quia occido. et
uiuifico. ideo inimici mei. i. iudi.
exprobrabant michi tota die. i. quia
peccatores membra mea facio. ut cum
dixerunt. quare magister uester man-
ducat cum publicanis & peccatori-
bus. & qui laudabant me. palam
ore. s; ficte. aduersum me iurabant.
.i. conspirabant. Quare. Quia hec
genera hominum in membris habere
uolui. scilicet penitentes qui significan-
tur per cinerem. & fletum. Cinis enim
& cilicium. arma sunt penitencium.
Uel in persona iusti totum accipi potest;
qui d. Ita frigor pro aliis & gemo. &
ad cumulum mali. tota die exprobra-
bant michi inimici mei; quos diabo-
lus neque aliter perdere. arte quadam
uult capere. Facit enim irrideri pe-
nitentes; qui. iurent in eorum detestaci-
one irrisores. qui laudabant eos dum
cum eis erant seculares. Unde subdit;
& qui me laudabant. dum cum eis
fruerer. seculari uita. aduersum me iu-
rabant. i. conspirabant; quare. quia
cinerem. i. reliquias peccatorum. tan-
quam panem manducabam. i. peni-
tendo consumebam. quia etiam tenu-
ia peccata. i. leuia. per penitenciam s

consumenda; & poculum meum cum fle-
tu miscebam. & si hoc ad litteram ac-
cipi possit. magis tamen de calice do-
mini accipiendum est. quem lacrime
faciunt dulciorem. Uel ita; quia cine-
rem. qui d. exprobrabant michi inimici.
s; non curabam. quia cinerem tan-
quam panem manducabam. i. in ipsa
deiectione reficiebar. adeo placebat
michi. & poculum meum. i. temporalem
iocunditatem. cum fletu miscebam.
uel poculum. i. desiderium celestis
patrie propter dilatione. cum fletu mi-
scebam. i. cum lacrimis miscui. uel
poculum meum. i. potum sacrarum
scripturarum. que antiqua recolunt.
cum fletu miscebam. dum attendi
bona. que amisi. & mala que repi;
hic autem fletus michi est. A facie
ire indignationis. Ira est ultio.
Indignatio in nobis est motio ani-
mi. qua indignamur etiam filiis.
Ira autem est impetus in puniendos.
que in deum non cadit. s; antropospa-
tos est; & est; a facie ire tue. i. ab in-
stancia uindicte. que in adam fuit.
cum qua nati sumus. hec ira est de
propagine iniquitatis. de massa pe-
ccati. Unde apostolus. Fuimus & nos na-
tura filii ire. & dominus ait. Ira dei ma-
net super eos. qui non credunt. Non
ait ueniet. s; manet. quia non tol-
litur in qua natus est. Sequitur; & in-
dignationis tue. quam merui ac-
tualiter peccando; & loquitur hic
ecclesia; & bene dico a facie ire. t.
quia eleuans me in honorem. facien-
do ad imaginem tuam. qua omnia a-
nimalia superamus. grauius allisisti
me. Nichil enim habet hanc peccati
miseriam & gehenne. nisi homo; quod
pecus plangit. de peccato. que aui-
timet gehennam ignis eterni. Nulla.
quia nulla est ei participatio beate iu